



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentarivs Pavli Bernriedensis, Antiqvi Scriptoris, De
Vita Gregorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

L. De illatione corporis in Oratorium & positione subtus altare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](#)

solatio destituere : quamuis eam , dum vixit , de suo transfuderit in dominium sanctæ DEI GENITRICIS MARIAE.

L. Quod etiam translator animaduertens , reduxit cum in Eptaticum , miraculo ^{a hoc est, pon-} inleuitatis conuerso in ^{derositatis, se#} miraculum , illatumque Oratorio , quod prænotatus miserabilis presbyter nefanda pollutione profanauerat , & ideo sanctum corpus extulerat , & imposuerat vas lapideo , cuius usus accommodatus fuerat baptismo , super quo illud altare constructum dedicans , totam domum debita purificatione sanctificauit .

LI. Itaq; sanctorum numero sociatus B. Præsul VVicterpus , utpote sub altari , secundum Apocalypsin B. Ioannis Euangelistæ , Martyrum C H R I S T I collocatus , propter exilitatem tamen loci , & imperitiam sacerdotij , nondum dignè est glorificatus . Quidam enim nec depositionis eius diem hactenus agnouerunt , cum apertere legatur in vita S. Magni , quod obierit in quarta decima die Kalendarum Maij .

LII. Ex hac imperitia , vel incuria processisse puto , quod Hartmannus presbyter Eptatici , idemque Præpositus apud Augustam Canonicorum S. Mauritiij , sacrilegium non timuit in libris B. VVicterpi committere ; vnde eum & lumen oculorum contigit amittere . Verum de hoc magna D E I miseratio , magnumque meritum S. Pontificis enituit : quod quamuis alienata volumina nec restituere , nec recompensare valuisset ; cum ex corde pœnitenti , & oculis lacrymosis D E O , suoque Confessori supplicando satisfecisset , præsente Herluca visum recepit , & gratias egit .

LIII. Quadam etiam vice corripuit ipsam Herlucam B. VVicterpus in visione , eo quod naturalem infirmi-

Z 3 tatem ,